

operæ precium putavit, ne inter liberos post discessum suum lites
& contentiones exorirentur. Dispositione itaq; facta jure Lega:
ti reliquit Ecclesiæ & Scholæ nostræ sex Florenos, qui posterita:
ti essent argumentum benevolentiaë suæ, testimonium pietatis, gra:
ti vero animi erga Ecclesiâs & Scholas totumq; Ministerium non
omnino quale voluit, sed quale potuit illo tempore monumentum
Cujus BARTHOLOMÆI, sanctæ recordationis, exemplum, uti:
nam hodiè multi imitarentur, ut eandem rem aggressi jacentes
Ecclesiâs & Scholas pro suis quisq; facultatibus sublevaret. Quod
verò pater hoc fecit, tantum gloria DEI commotus: certe, cur
Filius relictus JOHANNES GÜNTTER id faciat, &
Legatum illud ad pios usus transferat, hoc plus habet causæ.
Quantum enim esset à teneris assuescere, ipse parens, vel sola ex:
perientia edoctus, filium à primis annis disciplina erudiendum
nullisq; parcendum sumtibus ad comparandam optimarum disci: